

LIBER

De esse & essentia:	li.	i	Esse & nō esse repugnant.
Compendiū diuinorū:	li.	iiij	In hoc opusculo sub com.
Quæstiones uarias:	li.	i	
Sermones multos:	li.	i	
De auctoritate cōcilij:	li.	i	
Et alia complura.			

Claruit in concilio Basiliensi ubi multa scripsit & disputauit: Anno domini Millefimo. CCCC. XXXVIII. sub Alberto imperatore.

Gregorius Trapezontius apostolicus secretarius: uir undeciq; doctissim^o: philosophus: rhetor: & poeta celeberrimus: qui ab Eugenio pōtifice gymnasio publico Romæ præfectus: multis annis rhetoricā & poeticam disciplinam docuit: & discipulos plures in omni scientia eruditissimos post se reliquit. Scripsit quædā præclara uolumina: quib⁹ nomē suū notificauit posteritati: In quib⁹

Rhetorica ppulchra:	li.	i	(extant)
Dialectica singularis:	li.	i	
In orōnes Ciceronis:	li.	i	

Oratiōes uariæ & epistolæ.
Et quædam alia.

Claruit Romæ temporibus Eugenij papæ quarti: Anno domini nostri Iesu christi Millefimo. CCCC. XXXV.

Florianus de sancto Petro: natione Italus: patria Bononiensis: uir in iure civilis omnium sui temporis facile doctissim^o: & tā diuinarū scripturarū q̄ sæcularis philosophiæ nō ignar^o: ingenio acutus: eloquio clar^o: disputator subtilis: & cōsiliator cautus: Scripsit in ea facultate quædā præclara opuscula: quibus memoriā celeberrimi nominis sui posteris cōmendauit. E quib⁹ ferunt:

Super Codice:	li.	ix
Super. ff. Veteri:	li.	xxiiij
Super. ff. Nouo:	li.	xij
Super. ff. Inforciati:	li.	xiiij

Claruit temporibus Sigismūdi imperatoris: & Eugenij papæ quarti: Anno domini Mill. CCCC. XXXV.

Nicolaus Lackman: natione teutonicus: ordinis fratrum minorū sancti Francisci: minister Saxoniarū: uir in diuinis scripturis studiosus & erudit^o & aristotelicæ philosophiæ nō ignarus: ingenio præstas: & ad disputandū idoneus: in declamādīs sermonib⁹ ad populū excellētis opinionis: Scripsit nō abiciendæ lectiōnis opuscula: quib⁹ nomen suū ad posteritatis noticiā transmisit. E quorū numero subiecta ferunt potiora:

Super sententias:	li.	o	iiij
Quæstiones uariæ:	li.		i
Sermones de tempore:	li.		i
Sermones de sanctis:	li.		i

Et alia complura.
Claruit temporib⁹ concilij Basiliensis: & Eugenij papæ quarti: Anno domini Millefimo. CCCC. XL.

Iohannes de Schonbouen: natione teutonicus: ordinis canonicorū regulariū sancti Augustini: monasterij in Brabantia: Cameracensis diocesis: quod uulgaritè Gronedael: latine Viridis uallis dicitè: in quo Iohānes Rufbrug olim prioris gessit officiū: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & sæcularis philosophiæ nō ignarus: ingenio cautus: sermone cōpositus: nec minus cōuersatione q̄ scientia illustris: Scripsit ad Simonē nepotē suū:

Exhortatoriū spirituale:	li.	i	Magnā mibilætiā.
--------------------------	-----	---	------------------

Lufbruch